Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8162
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ei qui habent passionem incurrere solitus est. cum eo iectus. aut in hora egritudinis. Aut fumum gypsi. cinis carte de panno / gallie. sanguis draconis / calx. Zegi. pulverizata naribus insufflet / aut fumum in eis intinctum mittat / Aut aluminis cimeni pulverizati. alcohol cum amido eiusdem quantitatis naribus insufflet etc.

Ad dolores et causas oris et lingue et labiorum. Capitulum 9.

a Ad fissuram labiorum adipem anseris commisce cum sepo cervino aut alio sepo. et cum succo malue / statim prodest cum per noctes et dies aliquot inunxeris. Ad pustulas apum et aliorum in labiis. Succum plantaginis misce cum pulvere rosarum. et aceto modico / et labia inunge. Ad rubedinem labiorum valet masticatio mastices. Item ad tumores labiorum ex punctura apum vel aliorum bruculorum et volatilium. mica albi panis cum carnibus malorum [?] coctorum in aqua. misce et distempera cum succo abrotani et labia inunge. Ad tumorem lingue. absinthium cum melle distemperatum et inspissatum lingue supponatur / donec saporem senseris. et dissolutiones inde factas cum sputo eicies non transglucies. Ad ulcera et vulnera oris. succum plantaginis in ore diu volvas donec potius et donec saporem habeat non transglucies. sed deicies deinde / Contra asperitatem lingue. lingua sepe fricetur cum herba menta. Ad ulcera oris. Succus [illegible] bene tepidus et cum melle mixtus volvatur in ore. Item succus simplex sine melle potest ad hoc valere. Contra gravitatem lingue de flate [?] [illegible]. Succus porri cum aceto mixtus gargarizetur. et diu in ore volvatur / Valet etiam contra fetorem oris / Thus commixtum cum adipe porcino et melle. curat apostema oris. et ulcera vel tumores eius. Ad idem. pulvis rosarum cum melle commixtus et ore volutus multum valet. Item ad apostemata oris oleum rosaceum cum melle et aceto mixtum in ore volvatur / Ad idem. Bulbum lilii in oleo rosaceo contritum omni apostemati interiori et exteriori suppone et valebit. Infectionibus apostematis in cute et carne. valet proprie statim appositum stercus calidum bovinum / aut fimus combustus. vel spongia in vino calido intincta. Ad ulcera oris. Cepe cum pane calido comedatur. Hoc idem valet contra fetorem oris. Item fetor oris fit secundum plinium ex aciditate stomachi. et signum eius est quod allevitur cum sumit cibus / et cura eius est ut sumat in potu infusionem trifoliorum [?] siccorum in matutinis aut comedat [illegible] Aut [illegible]. et bibat [illegible] cum [illegible] / aut comedat citrulos